




Theologia

in Octavo. X

Nº 513.

Inest :

1/ Paternus religionis /tiana, quae traditur
in eules. et scholis palatinatus.
Heidelb. 1563.

Supp. pulch. Timp. Dr. Doelles, "de Heidelb. pat.
in 2^{um} lecti. Levensjaren" pag. 45-50.

2/ H. Bullinger. de conciliis.
Tiguri 1561.

3/ Confessio et Sententia Witebergensium
de libero arbitrio. 1561.

4/ Epistola Theologorum Jenensium de Cau-
sa Victorini. 1561.

5/ Aug. Eleutherius, de arbore Scientiae
boni et mali. 1561.

6/ Anaxagoras juris, quod in approbandis pon-
tificibus imperatores habuerunt de.
Francof. 1562.

1

CATECHE/ SIS RELIGIONIS

CHRISTIANAE, QVAE TRA-
DITVR IN ECCLESIIS ET
SCHOLIS PALA-
TINATVS.

*



HEYDELBERGAE.
EXCVDEBANT MICHAEL SCHIRAT,
ET IOANNES MAYER.
ANNO M D LXIIL

MARCI. VIII.

Qui erubuerit me & sermones meos in generatione hac adultera & peccatrice, hunc erubescet etiam filius hominis, cum venerit in gloria patris sui cum sanctis angelis.

FRIDERICVS
DEI GRATIA PALATINVS
RHENI, AC SACRI IMPERII RO-
MANI ELECTOR, OMNIBVS

QVIBVS COMMISSA EST

cura Ecclesiarum, & Scho-

larum, quæ sunt in

Palatinatu,

S. D.

POSTQVAM,
quid nostri
sit muneris,
ex verbo dei
atq; ex natu-
ra ipsa cogno-
uimus, nosq;
in eo, ipsi potissimum, qui id no-
bis imposuit, Deo Opt: Max:
parere oportere: statuimus vt ni-
hil esset, in quo tam in vniuersa
vita laboraremus, quàm vt &
nostræ conscientiæ satisfacere-
mus, & nostrorum salutis, quan-

A ñ tū

tum in nobis esset, cōsuleremus.

Cū autem non satis esse exi-
stimarem, nos ita consilio &
ratione iustitiam administrare,
vt nostræ fidei commissi populi,
ius & honestatem colentes, pla-
cidè tranquillèq; viuerent, nisi
eò etiā perducerentur, vt Deū
creatorem suum ac redemptorē
ex verbo ipsius rectè cognosce-
rent: (nam id vnicū est firmū
fundamentum cū cæterarum
virtutum, tum vel maximè om-
nis obedientiæ & verę erga Deū
pietatis) cœpimus toto animo
de ista re cogitare, nihil cupiens
ces prætermittere, quod ad eam
beatitudinem, tum parandam,
tum conseruandam pertineret.
Etsi autē & ab ijs qui nos prox-
imè antecesserunt cognatis no-
stris Palatinis ac Electorib (quo-
rum memoriam cum amore &
reuerētia vsurpamus) varia, vtis
liter

liter & piè instituta sunt, ad gloriam Dei illustrandam, & populum in officio retinendū: tamen, ut ipsi in principio gubernationis nostræ experti sumus, nō ea adhibita est diligētia in illis exequendis, & ad vtilitatem publicam accommodandis, quàm par fuerat in re tanta adhiberi. Quocirca minimè mirum est, si nō, qui sperati erant fructus, percipi non potuerunt. His rebus permoti sumus, ut non solum, quæ ab ipsis rectè instituta essēt, reuocaremus ac restitueremus: verum etiam, ut quæ minùs firma essent, fulciremus: quæ verò corrupta & deprauata essent, ea emendaremus & corrigeremus. Iacebant Scholæ, tenera iuuentus negligebatur, nulla erat in religione Christiana certa & consentiens institutio. Itaq; vel malè, vel ad nullam certā normam,
b iij sed

sed ad cuiusq; arbitrium iuuentus erudiebatur, vel omnino non informabatur, sed rudis prorsus & impolita relinquebatur. Ex quo, proh dolor, cum alia infinita mala extiterunt, tum illud in primis, ut aut vera religione non instructi, aut varijs erroribus implicati, aut non necessarijs questionibus onerati, infeliciter cum summa inscitia adolescerent.

Cum has tantas calamitates intueremur, et id quod res est cogitaremus, videlicet nec Ecclesiam, nec Rempublicam, atque adeo ne familias quidem constitui, nec vllum honestati aut disciplinae inter ciues locum esse posse: nisi rudis iuuentus à primis annis, vna & consentienti voce ad veram sinceramq; religionem instrueretur, assidueq; in ea exercitaretur: rei necessitas fecit, ut huic malo, qua possimus ratione

onē

one, quàm celerrimè occurrere-
mus: ne in hac non postrema
nostri muneris parte, debitum
officiũ, meritò à nobis desidera-
ri possit. Quapropter Theo-
logis nostris, & quibus in nostra
ditione, præcipua Ecclesiarum
cura est commendata, negotiũ
dedimus, vt Catechesin religio-
nis Christianæ, ex verbo Dei,
Germanicè & Latinè conscriber-
rent, quò in posterum, non iu-
uentuti solùm rectiùs prospicia-
tur: sed quò concionatores etiã
& ludimagistri, certam habeant
& definitam formam, ad quam
iuuentutem in templis & scho-
lis informant, ne pro suo arbitrio
noua subinde instituant, aut ea
tradant, quæ verbo Dei non sint
consentanea. Vestrum nunc
porrò erit, cùm ob gloriam Dei,
tum ob vestram, eorúmque, qui et
nostræ & vestræ fidei concrediti

A iiii sunt

sunt, salutem, hanc Catechesin
grato animo excipere, eam pue-
ris, cum in Scholis, tum in Eccle-
sijs proponere, eorumq; auribus
& animis assidue ac diligenter in-
culcare, quò eam vita & factis
paulatim exprimere assuescant.
Quod si à vobis, vt & fides ves-
tra & munus diuinitus imposi-
tum postulat, præstitum fuerit:
optimā spem habemus fore, vt
Deus Opt:Max:propter Chri-
stū nostri misertus, pœnas quas
meriti sumus, remittat, & pro pa-
terna sua bonitate vestros labo-
res secundet, totiq; regioni be-
nefaciat. Quod vt ab eo toto
pectore contendimus: ita vos
etiam atq; etiam monemus,
vt nostram de vobis spem
magis magisq; confir-
mare & augere
studeatis.

I CATECHE-

SIS RELIGIONIS

CHRISTIANAE.

¶ Que est unica tua consolatio in vita & in morte?



¶ Vò d animo
pariter & cor-

pore ^a, siue vi-

uam, siue mo-

riar ^b, nō meus,

sed fidissimi do-

mini & serua-

toris mei I E S V

CHRISTI sum propius ^c, qui pretio-

so sanguine suo, pro omnibus pecca-

tis meis plenissimè satisfaciens ^d, me

ab omni potestate diaboli liberauit ^e,

mèque ita cōseruat ^f, vt sine volunta-

te patris mei coelestis, ne pilus quidē

de meo capite possit cadere ^g: imò ^g

verò etiam omnia salutis meæ seruire

oporteat ^h: Quocirca me quoque suo

sancto Spiritu de vita æterna certum

^a 1. Cor. 6.

^d 19.

^b Rom. 14.

^b 8.

^c 1. Cor. 3.

^d 23.

^d 1. Pet. 1. c.

18.

1. Ioh. 1. c. 7.

& 2. a. 2.

^c 1. Ioh. 3.

^b 8.

^f Ioh. 6. d.

39.

Matt. 10.

30.

Luc. 21. d. 18.

Rom. 8.

^e 28.

fa-

a 2. Cor. I. facit^a, utque ipsi deinceps viuam,
d. 22. & 5. a. promptum ac paratum reddit^b.

5.
Eph. I. c. 14. 2 Quot sunt tibi scitu necessaria, ut ista con-
Rom. 8. c. solatione fruens, beatè uiuas & moriaris?

16.
b Rom. 8. c. Tria^c. Primum, quanta sit peccati
14. mei & miseriæ meæ magnitudo^d. Se-

c Luc 24. cundū, quo pacto ab omni peccato &
g. 47. miseria liberer^e. Tertiū, quam gratiā
1. Cor. 6. b. Deo pro tanta liberatione debeam^f.
11.

Tit. 3, a, 3.

d Ioh. 9. g.

41. & 15. b. 7

e Ioh. 17. a.

3.

f Ephes. 5.

c. 10.

PRIMA PARS

DE HOMINIS

MISERIA.

3 Vnde tuam miseriam cognoscis?

Ex lege Dei g.

g Rom. 3.

c. 20.

4 Quid à nobis postulat Lex Dei?

Id docet nos Christus summam:

Matth. 22. Diliges Dominum

Deum tuum, ex toto corde tuo,

ex tota anima tua, ex tota co-

gitatione tua, & ex omnibus vi-

ribus

ribus tuis. Istud est primum, & maximum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximū tuū sicut te ipsum. Ab istis duobus mandatis, tota Lex & Prophetæ pendent.

5 Num hæc omnia perfectè seruare potes?

Minimè ^a: Natura enim propen- ^a Rom. 3. b. fus sum ad odium Dei & proximi ^b. ^{10. c. 23.}

6 Num ergo Deus hominem ita prauum & ^b Rom. 8. peruersum condidit? ^{b 7.}

Nequaquam ^c: Imò verò bonum & ^c Eph. 2. a, 3. ad imaginem sui condidit eum ^d, hoc ^c Gen 1. d. est, vera iustitia & sanctitate præditū, ^{31.} vt Deum creatorem suum rectè co- ^d Gen. 1. e. gnosceret, ex animo diligeret, cum eo ^{26. & 27.} beatus in æternum viueret, idque ad eum laudandum & celebrandum ^e. ^c 2. Cor. 3. d. 18.

7 Vnde igitur existit hæc naturæ humanæ ^{Col. 3. b. 10.} prauitas? ^{Eph. 4. f. 24.}

Ex lapsu & inobediētia primorum ^f Gen. 3. parētum Adami, & Eux ^f: Hinc natu- ^{Rom. 5. b.} ra nostra ita est deprauata, vt omnes ^{12. d. 18. 19.} in peccatis cōcipiamur & nascamur ^g Psal. 51. ^{b. 7.}

8 *An uerò adeò corrupti sumus, ut ad benè
agendum prorsus non simus idonei, & ad
omne uitium procliues?*

a Ioh. 3. a. Certè ^a, nisi per Spiritum sanctum
6. regeneremur ^b.

Gen. 6. b. 5.

9 *An non igitur Deus homini iniuriam fa-
& 15. b. 16. cit, qui ab eo in lege flagitet, quæ præsta-
& 45. re non queat?*

Ier. 53. b. 6.

b Ioh. 3. a. 5.

c Eph. 4. f.

24. & 25.

d Luc. 10.

8. 30. & c.

Minimè: ^c Nam Deus hominē talē
condiderat, ut ea præstare posset: ve-
rūm homo, impulsore Diabolo ^d, sua
ipsius cōtumacia, se & omnem poste-
ritatem diuinis illis donis orbauit.

10 *Num Deus hanc contumaciam & defe-
ctionem hominis dimittit impunitam?*

e Rom. 5.

b. 12.

Heb. 9. g. 27

Imò ^e verò horrendis modis irasci-
tur, tum ob innata nobis peccata, tum
ob ea quæ ipsi committimus, eaque
iustissimo iudicio presentibus & æter-
nis supplicijs punit, quemadmodum
ipse pronunciat: Maledictus om-
nis qui non permanet in omni-
f Deut. 27. bus, quæ scripta sunt in libro le-
d. 26. gis, ut ea faciat ^f.
Gal. 3. b. 10.

11 An

11 *Annon igitur Deus etiam est misericors?*

Est ille quidem misericors ^a, verum ita, ut etiam sit iustus ^b. Quapropter postulat eius iustitia, quod aduersus summam Dei maiestatem commissum est, id quoque ut summis, hoc est, sempiternis cum animi tum corporis supplicijs luatur.

^a Exo. 34.

^{a. 6.}

^b Exo. 20.

^{b 5.}

^{Psal. 5. a. 5.}

^{2. Cor. 6. 6.}

^{14.}

SECUNDA

PARS DE LIBERATIONE HOMINIS.

12 *Quoniam igitur iusto Dei iudicio, temporalibus & eternis poenis obnoxij sumus: estne reliqua ulla ratio aut uia, qua his poenis liberemur, & Deo reconciliemur?*

Vult Deus suæ iustitiæ satisfieri ^c: quocirca necesse est, vel per nos, vel per alium satisfaciamus ^d.

^c Exo. 20.

^{a. 5. & 23. b.}

^{7.}

^d Rom. 8.

^{a. 3. 4.}

13 *Possumusne ipsi per nos satisfacere?*

Nulla ex parte: quin etiā debitum in singulos dies augemus ^e.

^c Iob 9. 23.

^{& 15. b. 15.}

^{Mat. 6. b. 21.}

14 *Potestne*

14 Potestne ulla creaturarum, in coelo uel in terra, quæ tantum creatura sit, pro nobis satisfacere?

Nulla: Nā principio non vult Deus, quod homo peccauit, id in vlla alia creatura plectere^a. Deinde nec potest quidem, quod nihil nisi creatura sit, iram Dei aduersus peccatum sustinere, & alios ab ea liberare^b.

15 Qualis ergo querendus est Mediator & Liberator?

Qui verus quidem homo sit, ac perfecte iustus, & tamē omnibus creaturis potentior, hoc est, qui simul etiam sit verus Deus^c.

16 Cur necesse est eum uerum hominem, & quidem perfecte iustum esse?

Quia iustitia Dei postulat, ut eadē natura humana quæ peccauit, ipsa p peccato depēdat^d: qui verò ipse peccator esset, pro alijs dependere non posset^e.

17 Quare oportet eum simul etiam uerē Deum esse?

Ut potētia suæ diuinitatis, onus iræ diuinæ

^a Heb. 2. d.

14.

^b Psal. 130.

8. 3.

^c 1. Cor. 15.

c. 21.

Ierc. 23. b. 6.

Ies. 53. c. 9.

2. Cor. 5. d.

21.

Heb. 7. d. 16.

Ies. 7. c. 14.

Rom. 8. a. 3.

Ier. 33. c. 15,

^d Rom. 5.

b. 12. c. 15.

^e 1. Pet. 3.

d. 18.

Ies. 53. a. 3. 4.

5. d. 10. 11.

diuinæ, carne sua sustinere ^a, nobisque
amissam iustitiam & vitam reparare
ac restituere possit ^b.

18 Quis autem est ille Mediator, qui simul
est & uerè Deus, & uerus, ac perfectè
iustus homo?

Dominus noster Iesus Christus ^c,
qui factus est nobis Sapientia à Deo,
Iustitia, Sanctificatio & Redemptio ^d.

19 Vnde id scis?

Ex Euangelio, quod Deus primùm
in paradiso ^e patefecit: ac deinceps
per Patriarchas, & Prophetas propa-
gauit ^f: Sacrificijs, reliquisque cere-
moniis legis adumbravit ^g: Ad extre-
mum verò, per filium suum vnigeni-
tum compleuit ^h.

20 Num igitur omnibus hominibus qui in Ada-
mo perierant, per Christum salus redditur?

Non omnibus, verùm ijs tantùm qui
vera fide ipsi inferuntur, eiusque bene-
ficia amplectuntur ⁱ.

Gal. 4. a. 4. i Ioh. 1. b. 12. & 3. d. 36. Ies. 53. d. 11. Psal. 2. d. 23.
Rom. 11. b. 17. c. 19. Heb. 4. a. 2. & 10. g. 39.

21 Quid

a Ies. 53. c.
8.

Act. 2. d. 24.

1. Pet. 3. d. 18

Ioh. 3. b. 16.

1. Ioh. 1. a. 2.

& 4. b. 12.

b Act. 20,

f. 18.

c Matt. 1.

d. 23.

1. Tim. 3. d.

16.

Luc. 2. b. 11.

d 1. Cor. 1.

d. 30.

e Ge. 3. c. 15

f Gen. 22.

d, 18. & 49.

c, 10, 11.

Rom. 1. a. 2.

Heb. 1. a. 1.

Act. 3. d. 22.

23. 24. &

10. g. 43.

g Ioh. 5. g.

46.

Heb. 10. b. 7.

h Rom. 10.

a. 4.

Psal. 2. d. 23.

Quid est fides?

a Heb. 11. Est non tantum notitia, qua firmiter assentior omnibus quæ Deus nobis
a. 1. 3. in verbo suo patefecit **a**, sed etiã certa
Iac. 2. d. 19. fiducia **b**, à Spiritu sancto **c**, per Euã-
b Rom. 4. gelium **d** in corde meo accensa, qua
c. 16. & c. in Deo acquiesco, certò statuens, non
Iac. 1. a. 6. solum alijs, sed mihi quoque remis-
Rom. 5. a. 1. sionem peccatorum, æternam iustitiã,
c Matt. 16. & vitam donatam esse **e**, idque gratis
c. 17. ex Dei misericordia, propter vnus
Ioh. 3. b. 13. Christi meritum **f**.
Gal. 5. d. 22.
Phil. 1. d. 29.
d Rom. 1. **b. 16.**

Rom. 10. c. 22 *Quænam sunt illa quæ necesse est hominem Christianum credere?*
17.

c Heb. 10. Omnia quæ nobis in Euãgelio pro-
g. 38. mittuntur **g**, quorum summa in Sym-
Haba. 2. a. 4. bolo Apostolico, seu in capitibus ca-
Mat. 9. a. 2. tholicæ & indubitatae omnium Chri-
Eph. 2. b. 7. stianorum fidei, breuiter comprehen-
8. 9. ditur.
Rom. 5. a. 1.
f Rom. 3. c.

24. 25.

Gal. 2. c. 16.

23 *Quod est illud Symbolum?*

g Ioh. 10. Credo in Deum patrẽ, omnis
g. 31. potẽtem, creatorẽ cœli & terræ.
Mat. 28. d. Et in Iesum Christum, filium
20. eius

eius vnigenitum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus, descendit ad inferna, tertio die resurrexit à mortuis, ascendit ad cælos, sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis, inde venturus est iudicatum vivos & mortuos.

Credo in Spiritum sanctum.
Credo sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem & vitam æternam.

24 *In quot partes distribuitur hoc Symbolum?*

In tres partes. Prima est de æterno Patre, & nostri creatione. Altera est de Filio, & nostri redemptione. Tertia est de Spiritu sancto, & nostri sanctificatione.

B 25 *Cum*

a Deut. 6. 25 *Cum una sit tantum essentia diuina^a : cur
2, 4. tres istos nominas, Patrem, Filium &
Spiritus sanctum?*

Quia Deus ita se in suo verbo pate-
fecit^b, quod tres hæ distinctæ perso-

b Ies. 61. a. ne, sint vnus ille verus & æternus Deus.
1.

Psal. 110. a, 1

Mat. 3. d, 16.

17. & 28. d,

19.

1. Ioh. 5. b, 7

c Gen. 1.

Psal. 33. a, 6.

d Psal. 104

& 115. a, 3.

Matt. 10. c,

29.

Heb. 1. a, 3.

e Ioh. 1. b,

12.

Rom. 8. c, 15

Gal. 4. a, 5,

6, 7.

Eph. 1. a, 5.

f Psal. 55. d,

23.

Mat. 6. c, 25,

26.

Luc. 12. c, 22

DE PATRE.

26 *Quid credis cum dicis, Credo in Deum pa-
trem omnipotentem, creatorem cæli &
terræ?*

Credo æternum Patrem domini no-
stri Iesu Christi, qui cælum & terram,
cum omnibus quæ in ijs sunt, ex nihi-
lo creauit^c, quique eadem æterno suo
consilio & prouidentia sustentat ac gu-
bernat^d: propter Christum, Deum
meum & patrem meum esse^e: Itaque
sic ei cōfido, sic in eo acquiesco, vt non
dubitem, quin prouisurus sit omnibus,
tum animo tum corpori meo necessa-
rijs^f: Quinetiam, quæ mihi mala in
hac ærūnosa vita immittit: ea in meā
salu-

salutē sit conuersurus^a, cū & facere id^a Rom. 8.
possit, vt omnipotens Deus^b, & face- c, 28.
re id velit, vt benignus pater^c. b Rom. 10.
c, 12.

27 *Quid est Prouidentia Dei?*

Omnipotens & vbique præsens Dei^d, qua cœlum ac terram, cū omni- d Act. 17. e,
bus creaturis, tanquam manu sustinet 25, & c.
ac gubernat^e: vt omnia quæ terra na- e Hebr. 1.
scuntur, pluuia item & siccitas, fertili- a, 3.
tas & sterilitas, cibus & potus^f, bona f Ier. 5. f, 24
& aduersa valetudo^g, diuitiæ & pau- Act. 14. c, 17
pertas^h, omnia denique non temerè, g Iohā. 9.
aut fortuito, sed paterno eius consilio a, 3.
& voluntate contingant. h Prou. 22.
a. 2.

28 *Quid nobis prodest hæc cognitio Creatio- i Rom. 5,
nis & Prouidentiae diuinæ?* a, 3.

Vt in aduersis patientesⁱ, in secun- Iaco. 1, 2, 3.
dis grati simus^k, in futurū verò opti- Iob. 1. d, 21.
mam in Deo fidissimo patre spem re- k Deut. 8.
positam habeamus^l, certò sciētes, ni- c, 10.
hile esse, quod nos ab eius amore ab- l. Thess. 5. c.
strahat^m, quādoquidem omnes crea- 18.
turæ ita sunt in eius potestate, vt sine l Rom. 5. a,
eius arbitrio, non modò nihil agere, 5, 6.
m Rom. 8.
g, 38, 39.

B ij sed

a Iob. 1. c, sed ne moueri quidem possint a.

12. & 2. b, 6.

Prou. 21. a, 1

Act. 17. e, 28

DE FILIO.

29 Quare Filius Dei appellatur Iesus, hoc est, Saluator?

Quia nos saluat ab omnibus peccatis nostris^b: Nec vlla salus aliunde peti debet, nec alibi reperiri potest^c.

21.

Heb. 7. d, 25,

c Act. 4 b,

12.

30 Creduntne igitur illi in unicum Seruatorem Iesum, qui à Sanctis, aut à se, aut aliunde felicitatem aut salutem querunt?

d 1. Cor. 1.

b, 13. e, 31.

Gal. 5. a, 4.

c Heb. 12,

a, 2.

Ies. 9. a, 6.

Col. 1. c, 19.

20. & 2, b,

10.

Io. 1. 1, b, 16.

f Psa. 45, b, 8

Heb. 1, c, 9.

Non: Etsi enim verbo quidē eo Seruatore gloriantur, re ipsa tamen abnegāt vnicum Seruatorem Iesum^d. Necessesse est enim, aut Iesum non esse perfectum Seruatorem, aut qui eum Seruatorem vera fide amplectuntur: eos omnia in ipso possidere, quæ ad salutem requiruntur^e.

31 Quare appellatur Christus, hoc est, unctus?

Quòd à Patre ordinatus, & Spiritu sancto unctus sit^f summus Propheta

ac Doctor^a, qui nobis arcanum consi-
 lium & omnem voluntatem Patris, de
 redemptione nostri patefecit^b: & sum-
 mus Pontifex^c, qui nos vnico sacri-
 cio sui corporis redemit, ac assidue
 pro nobis apud patrem intercedit^d:
 & Rex, qui nos suo verbo & Spiritu gu-
 bernat, & partam nobis salutem tue-
 tur ac conseruat^e.

32 *Cur uerò tu Christianus appellaris?*

Quòd per fidem, membrum sum Ie-
 su Christi^f, & vnctionis ipsius parti-
 ceps^g, vt & nomen eius confitear^h,
 méque sistam ipsi uiuam gratitudinis
 hostiamⁱ, & in hac vita, cōtra pecca-
 tum & Satanam, libera & bona con-
 scientia pugnem, & postea æternum
 cum Christo regnum in omnes crea-
 turas teneam^k.

33 *Quam ob causam Christus uocatur filius
 Dei unigenitus, cum nos quoque simus fi-
 lij Dei?*

Quia solus Christus est coeternus &

i Rom. 6, b, 12. Apoc. 1, b, 6. k 1, Timo. 1, c, 19. 2, tim. 2, b, 12.

B iij na-

a Deut. 18,
c, 15.

Act. 3, d, 22.

b Ioā. 1, c,

18. & 15, c,

15.

c Psal. 110.

Heb. 7, c, 21.

& 10, c, 12.

d Rom. 8,

g, 34. & 5, b,

9, 10.

e Psal. 2, b, 6

Luc. 1, c, 33.

Matt. 28, d,

18.

Ioā. 10, e, 28

f Act. 11, d,

26.

1. Cor. 6, c,

15.

g 1, Ioā. 2,

d, 27.

Ies. 59, d, 21

Act. 2. c. 17.

Ioēl. 2, g, 28

h Mar. 8,

d, 38.

Rom. 12, a, 1

Apoc. 5, c, 8.

1, Pet. 2, c, 9.

a Ioh. 1, d, naturalis eterni Patris filius^a: Nos autem, propter eum, ex gratia, à Patre adoptati sumus^b.

29.
b Heb. 1, a, 2

Rom. 8, c, 15

Ephe. 1, b, 6.

c1, Pet. 1 c, 18

19, & 2, b, 9.

1, Cor. 6, d,

20, & 7, d, 23

d Ioh. 1, a, 1.

& 17, a, 5,

Rom. 1, a, 4

e Rom. 9, a,

5,

f Ioh. 1, b, 35

14,

Gal. 4, a, 4.

g Mat. 1, d,

18, 20,

Luc. 1, c, 27,

d, 35,

h Psal. 132,

c, 11,

Rom. 1, a, 3,

i Phil. 2, a,

7,

k Heb. 4, d,

15, & 7, d,

26,

l Heb. 2, d,

16, 17,

34 *Qua de causa appellas eum Dominum nostrum?*

Quia corpus & animam nostram à peccatis, non auro nec argento, sed pretioso suo sanguine redimens, & ab omni potestate Diaboli liberans, nos sibi proprios vindicavit^c.

35 *Quid credis cum dicis, Conceptus est per Spiritum sanctum, Natus ex Maria uirgine?*

Quòd ipse filius Dei, qui est^d & permanet verus ac æternus Deus^e, verè naturam humanam ex carne & sanguine virginis Mariæ^f, operatione Spiritus sancti assumpsit^g, vt simul sit verum semè Davidis^h, fratribus suis per omnia similisⁱ, excepto peccato^k.

36 *Quem fructum percipis ex sancta conceptione & natiuitate Christi?*

Quòd is noster sit Mediator^l, & sua innocetia, ac perfecta sanctitate, mea pecca-

peccata, in quibus conceptus sum, tegat, ne in conspectum Dei veniant^a.

a Psal. 32,

a, 1,

37 Quid credis cum dicis, Passus est?

1, Cor, 1, c,

30,

Eum toto quidem vitæ suæ tempore, quo in terris egit, præcipue verò in eius extremo, iram Dei aduersus peccatū vniuersi generis humani corpore & anima sustinuisse^b, vt sua passione, tãquam vnico sacrificio propitiatorio^c, corpus & animam nostram ab æterna damnatione liberaret, & nobis gratiam Dei, iustitiam & vitam æternam acquireret.

b 1, Pet, 2,

d, 24, & 3, c,

18,

Ies, 53, b, 12,

c 1, Ioh, 2, a,

2, & 4, b, 10.

Rom, 3, d, 25

38 Quid causæ fuit cur sub iudice Pilato pateretur?

Vt innocens coram iudice politico damnatus^d, nos à seверо Dei iudicio, quod omnes manebat, eximeret^e.

d Luc, 23, b,

14,

Ioh, 19, a, 4,

e Psal. 69,

39 Est uerò quiddam amplius, quòd affixus sit cruci, quã si alio genere mortis affectus esset?

a, 5,

Ies, 53,

2, Cor, 5, d,

21.

Sanè amplius: Ex hac enim re sum certus, eum maledictionem, quæ mihi incumbebat, in se recepisse: nam mors

Gal, 3, b, 13.

a Deut, 21, crucis à Deo erat maledicta^a.
d, 26.

Gal, 3, b, 13, 40 Cur necesse fuit ut Christus ad mortem usque se dmitteret?

Propterea quòd iustitiæ & veritati

b Gene, 2, Dei^b nullo alio pacto pro nostris peccatis potuit satisfieri, quàm ipsa morte filij Dei^c.

c Heb, 2, c,

9, d, 15,

Phil, 2, a, 8,

41 Quare etiam sepultus est?

Vt eo testatum faceret, se verè mor-

d Act, 13, f, tuum esse^d.

29.

Matt, 27, g,

60,

Luc, 23, g, 50

Ioã, 19, d, 38

e Ioã, 5, d,

24,

Phil, 1, d, 23,

Rom, 7, d,

24.

f Rom, 6, a,

6, b, 7, 8, 11,

12,

g Rom, 6,

b, 12,

h Rom, 12,

a, 1.

42 At cum Christus pro nobis mortem oppetierit, cur nobis quoque est moriendum?

Mors nostra nō est pro peccatis nostris satisfactio, sed peccati abolitio, & transitus in vitam æternam^e.

43 Quid præterea capimus commodi ex sacrificio & morte Christi?

Quòd virtute eius mortis, vetus noster homo vnà cum eo crucifigitur, interimitur, ac sepelitur^f, ne prauæ cupiditates, & desideria carnis posthac in nobis regnēt^g, sed nos ipsos ei hostiam gratitudinis offeramus^h.

44 Cur

44. *Cur additur, Descendit ad inferna?*

Vt in summis doloribus, & grauissimis tērationibus, me cōsolatione hac sustentem, quòd Dominus meus Iesus Christus, inenarrabilibus animi sui angustijs, cruciatibus & terroribus, in quos cū antea, tum maximè in cruce pendens fuerat demersus, me ab angustijs & cruciatibus inferni liberauerit. ^a

a Ies. 53. e

10.

Matt. 27 e

46.

b, 1. Cor. 15

c, 17. g 54.

55.

Rō. 4. d 25.

1. Pet. 1. a 3.

d, 21.

c Rō. 6. a 4.

Col. 3. a 1. 5.

Eph. 2. b 5.

d 1. Cor. 15.

45 *Quid nobis prodest resurrectio Christi?*

Primū, sua resurrectione mortem deuicit, vt nos posset eius iustitiæ, quam nobis sua morte pepererat, participes facere. ^b Deinde nos iā quoq; eius potētia ad nouam vitam excitamur ^c. Postremò resurrectio Christi, nobis gloriōsæ resurrectionis nostræ pignus est ^d.

b, 12.

Rō. 8 b 11.

e Act. 1. b 9.

Mat. 26.

Mar. 16.

Luc. 24.

f Heb. 4. d

14. et 7. d

15. et 9. c,

11.

Rom. 8 f 34

ep. 4. b 10

Col. 3. a 1.

g Actor. 1.

b, 11.

Matt. 24, c

30.

46 *Quomodo intelligis illud, Ascēdit ad cœlos?*

Quòd aspicientibus discipulis de terra in cœlum sublatus est, ^e atq; etiamnum nostra causa ibidem est ^f & erit, donec redeat ad iudicandum viuos & mortuos^g.

ep. 4. b 10

Col. 3. a 1.

g Actor. 1.

b, 11.

Matt. 24, c

30.

47 *An ergo Christus non est nobiscum usq;
ad finem mundi, quemadmodū promisit?*^a

a Mats 28.
d, 20.

Christus est verus Deus & verus ho-
mo: Itaq; secundum naturam huma-
nam, iam non est in terra: ^b At secun-
dum diuinitatem suam, maiestatem,
gratiam et Spiritum, nullo vnquam tē-
pore à nobis abest. ^c

b Mat. 26.
b, 11.

Iohā. 16. d,
28, & 17, b,
11.

Act. 3, d, 21.

c Ioh. 14.

b, 17, etc.

et 16, b, 13.

Matt 28, d

20.

Eph. 4, b, 8,

c, 12.

Augusti-

nus. Tract:

in Ioā. 50.

d Acto. 7, f,

49 & 17, f,

28.

Ier. 23, e 24

c col. 2. b. 9

Ioh. 3, b, 13

& 11 b, 15.

mat. 28. b 6

f 1. Ioh. 2,

a. 1. 2.

Rō. 8, f. 34.

48. *An uerò isto pacto duæ naturæ in Christo
non diuelluntur, si non sit natura humana,
ubicunque est diuina?*

Minimè: Nam cum diuinitas com-
prehendi non queat, & omni loco præ-
sens sit ^d: necessario consequitur, esse
eam quidem extra naturam humanā
quam assumsit, sed nihilominus ta-
men, esse in eādē, eique persona-
liter vnitam permanere. ^e

49. *Quem fructum nobis adfert Ascensio
Christi in cœlum?*

Primum, quòd in cœlo apud patrem
pro nobis intercedit. ^f Deinde, quòd
carnem nostram in cœlo habemus, vt
eo tanquam certo pignore confirme-
mur

mur, fore, vt ipse qui caput nostrum est,
nos sua membra ad se extollat. ^a Ter- ^a Ioh. 14,
tium, quod nobis suum Spiritum, mu- ^{a.2.&20.d.}
tui pignoris loco mittit, ^b cuius effi- ^{17.}
cacia non terrena, sed superna quæri- ^{Eph. 2, b, 6,}
mus, vbi ipse sedet ad dexteram Dei. ^c ^{b. Ioh. 14. b}
^{16, & 16, a7}
^{Acto. 2.}

50. *Cur additur, Sedet ad dexteram Dei?* ^{2. Cor. 1, d,}

Quia Christus ideo in cælum ascen- ^{22.}
dit, vt se ibi caput suæ Ecclesiæ decla- ^{2. Cor. 5, a 5}
ret, ^d per quod pater omnia gubernat. ^e ^{c. Col. 3, a, 1.}
^{Phi. 3, a, 14,}
^{d. Ephe. 1, d}

51. *Quid nobis prodest gloria nostri capitis*
Christi? ^{20, 21, 22,}
^{23, & 5, f, 23}
^{Col. 1, c, 18.}

Primum, quod per Spiritum san- ^{e. Mat. 28, d}
ctum, in nos sua membra, cœlestia do- ^{18.}
na effundit. ^f Deinde, quod nos sua po- ^{Ioh 5, d, 22,}
tentia, contra omnes hostes protegit ^{f Eph. 4, b,}
ac defendit. ^{10.}

52. *Quid te consolatur reditus Christi ad iu-*
dicandum uiuos & mortuos? ^{g Psal. 2, b 9}
^{et 110, a,}
^{1. 2,}
^{Ioh. 10 e, 28}

Quod in omnibus miserijs & perse- ^{Eph. 4, b, 8}
cutionibus, erecto capite, eundem il-
lum qui se prius pro me iudicio Dei
statuit, & maledictionem omnem à me
abstu-

a Luc, 21, f, abstulit, iudicem è cœlo expecto, ^a qui
 28, omnes suos & meos hostes, in eternas
 Rō, 8, f, 23, pœnas abijciat: ^b me verò cum omni
 33, bus electis ad se in cœlestia gaudia, &
 Phi, 3, d 20, sempiternam gloriam traducat. ^c
 Tit, 2, d, 13,
 b 2, Thels,

1, b, 6, 7,
 1, Thell, 4,
 d, 16.

Matt, 25, d

41,

c Mat, 25, c, 53. *Quid credis de Spiritu sancto?*

34,

d Gene, 1, a

2,

Ies, 48, c, 16

1, Cor, 3, c,

16,

1. Cor, 6, d,

19,

Act, 5, a, 3, 4

e Mat, 28.

d. 19,

2, Cor. 1. d

21, 22,

f Gal, 3, b,

14,

1, Pet, 1 a, 2

1 cor, 6, d, 17

g Acto, 9, c. 31,

11, i Psal, 71, c, 18,

Primùm, quòd sit verus & coæternus
 Deus, cum æterno Patre & Filio: ^d De
 inde, quòd mihi quoque datus sit, ^e vt
 me per veram fidem, Christi & omniũ
 eius beneficiorũ participem faciat, ^f
 me consoletur, & mecum in æternum
 maneat. ^g

54, *Quid credis de sancta & catholica
 Christi Ecclesia?*

Credo Filium Dei, ^h ab initio mun
 di ad finem vsque, ⁱ sibi ex vniuerso ge
 nere humano, ^k cœtum ad vitam eter
 nam

g Acto, 9, c. 31, Iohã, 14, b, 16, 1. Pet, 4, c, 14, h Iohã, 10, b,
 11, i Psal, 71, c, 18, 1, Cor, 11, f, 26. k Gen. 26. a. 4.

nam

nam electum, ^a per Spiritum suum &
verbum, ^b in vera fide consentientē ^c
colligere, tueri, ac seruare: ^d meque vi-
uum eius cœtus membrum esse ^e &
perpetuò mansurum. ^f

55 *Quid sibi uult Communio sanctorum?*

Primum, quòd vniuersi & singuli
credentes, Christi & omnium eius bo-
norum, tanquam ipsius membra, com-
munionem habeant. ^g Deinde, quòd
singuli, quæ acceperunt dona, in com-
mune cōmodum & vniuersorum salu-
tem, promptè & alacriter conferre
debeant. ^h

56. *Quid credis de remissione peccatorum?*

Deum, propter satisfactionem Chri-
sti, ⁱ meorum peccatorum atque illius
etiam prauitatis, cum qua mihi per
omnem vitam pugnandum est, ^k me-
moriam omnem deposuisse, & me
iustitia Christi gratis donare, ne vn-
quam in iudicium veniam, ^l

^h 1, Cor, 12. b, 12 13. 21, 1. Cor, 6, d, 17, & 13, b, 5. Phi, 2, a, 4, 5, 6,
ⁱ 1, Ioh, 2, a, 2, 2. Cor, 5 d, 19, 21, ^k Ier. 31. f, 34. Psal. 103. a, 3. b,
10. 12. Rom. 7. d. 24, 25. Rom. 8. a. 1. 2. 3. 1 Ioan. 3. c. 18.

57 *Quid*

^a Rom, 8, f,

29, 30.

^b eph, 1, b, 10,

11, c, 12, 13,

^b Ies. 59, d.

21,

Rom, 1, b, 16

& 10, c. 14,

17,

Eph, 5, f, 26

^c Acto, 2. g

46,

Eph. 4, a 3,

4, 5,

^d Matt, 16,

c, 18,

Ioh, 10, f,

28, 29, 30,

1, Cor, 1. a, 8

^e 1, Ioh, 3, d

21,

2, Cor, 13, b,

5,

^f 1, Ioh, 1, c

19,

^g 1, Ioan. 1,

b, 3.

1 Cor, 1, a. 9

Rom, 8, f, 5

32,

57 *Quid te consolatur Resurrectio carnis?*

a Luc. 23. f. Quod non tantum anima mea, post-
 43. quam è corpore excesserit, è vestigio
 Phil. 1. d. 23. ad Christum suum caput assumetur: ^a ve
 b 1. Cor. 15. rum quod hæc quoq; caro mea, poten-
 g. 53. 54. tia Christi excitata, rursus anime mee
 Job. 19. d. vnietur, & glorioso corpori Christi
 25. 26. conformabitur. ^b
 1. Ioh. 3. a. 2
 Phil. 3. d. 21.

58. *Quam consolationem capis ex articulo de uita æterna?*

Quod, quoniam in præsentia vitæ
 æternæ intia in meo corde persenti-
 sco ^c, futurum sit, vt post hanc vitam,
 plena perfectaque beatitudine potiar,
 d 1. Cor. 2. in qua Deum in æternum celebrem:
 b. 9. quam quidem beatitudinem nec ocu-
 e Hab. 2. a lus vidit, nec auris audiuit, nec ullus
 4. homo cogitatione comprehendit ^d.

59 *At cum hæc omnia credis, quid utilitatis in-
 de ad te redit?*

Quod in Christo iustus sum coram
 Deo, & hæres vitæ ^e æternæ.

60 *Quomodo iustus es coram Deo?*

Sola fide in Iesum Christum ^f: adeo

ut, licet me mea cōscientia accuset, q̄
aduersus omnia mādata Dei grauius
peccauerim, nec vllum eorum serua-
uerim ^a adhuc etiamnum ad omne
malum propensus sum ^b: nihilominus
tamen, (modò hęc beneficia vera ani-
mi fiducia amplectar ^c) sine vlllo meo
merito ^d, ex mera Dei misericordia ^e,
mihi perfecta satisfactio ^f, iustitia &
sanctitas Christi ^g imputetur, ac do-
netur ^h, perinde ac si nec vllum ipse
peccatum admissem, nec vlla mihi
labes inhæreret: imò verò quasi eam
obedientiam, quam pro me Christus
præstitit, ipse perfecte præstitissem ⁱ.

^a Rom. 3. b
9. & c.

^b Rom. 7.
d, 23.

^c Rom. 3. c,
22.

^d Ioh. 3. c, 18.

^e 2. Timo.
3. b, 5.

^f Rom. 3. c.
24.

^g Eph. 2. b, 8.

^h 1. Ioh. 2.
a, 2.

ⁱ 1. Ioh. 2.
a, 1.

61 Cur sola fide te iustum esse affirmas?

^h Rom. 4.
a, 4.

Non q̄ dignitate meę fidei, Deo pla-
ceam: sed q̄ sola satisfactio, iustitia &
sanctitas Christi, mea iustitia sit corā
Deo ^k: Ego verò eam non alia ratio-
ne, quàm fide amplecti, & mihi appli-
care queam ^l.

^a 4.
2. Cor. 5. d.

ⁱ 19.
2. Cor. 5.

^d 21.

^k 1. Cor. 1.
d, 30. & 2. a,

2.

^l 1. Ioh. 5.
c. 10.

62 Cur nostra bona opera nō possunt esse iusti-
tia, uel pars aliqua iustitię coram Deo?

Propterea

Propterea quòd oporteat eam iu-
 stitiam, quæ in iudicio Dei consistat,
 perfectè absolutà esse, & omni ex par-
 te diuinæ legi congruentem ^a: Nostra
 verò etiā præstantissima quæque ope-
 ra in hac vita sint imperfecta, atque
 adeò peccatis inquinata ^b.

^a Gal. 3, b,

10.

Deut. 27, d,

26.

^b Ies. 64. b.

6.

63 Quomodo bona opera nostra nihil prome-
 reantur, cum Deus & in præsentī & in
 futura uita mercedem pro his se datu-
 rum promittat?

Merces ea non datur ex merito, sed
 ex gratia ^c.

^c Luc. 17. c,

10.

64 An autem hæc doctrina non reddit homi-
 nes securos & profanos?

Non: neque enim fieri potest, quin
 ij qui Christo per fidē insiti sunt, fru-
 ctus proferant gratitudinis ^d.

^d Mat. 17.

6. 18.

DE SACRA- MENTIS.

65 Quoniam igitur sola fides nos Christi atq;
 omnium

omnium eius beneficiorum participes facit:
Vnde hæc fides proficiscitur?

A Spiritu sancto ^a, qui eā per præ-
dicationem Euangelij in nostris cor-
dibus accendit, & per vsum sacramen-
torum confirmat ^b.

a Eph. 2. b.
8.
Ioh. 3. a. 5.

b Matt. 28.
d. 19. 20.
1. Pet. 1. d. 22
23.

66 Quid sunt Sacramenta?

Sunt sacra & in oculos incurrentia
signa, ac sigilla, ob eam causam à Deo
instituta, vt per ea nobis promissionē
Euangelij magis declaret, & obsignet:
quòd scilicet, non vniuersis tantum,
verum etiam singulis credentibus,
propter vnicum illud Christi sacrifi-
cium in cruce peractum, gratis do-
net remissionem peccatorum, & vi-
tam æternam ^c.

c Gen. 17.
b. 11.
Rom. 4. b. 11
Deut. 30. b. 6
Leui. 6. d. 25
Heb. 9. c. 8.
9. f. 24.
Ezec. 20. b.
12.
1. Samu. 17.

67 Num utraque igitur, & Verbum & Sacra-
menta eò spectant, ut fidem nostram ad
sacrificium Christi in cruce peractum,
tanquam ad vnicum nostræ salutis fun-
damentum deducant?

c. 36.
Ier. 6. c. 6. 7.

Ita est. Nam Spiritus sanctus do-
cet Euangelio, & confirmat sacramē-

C tis,

tis, omnem nostram salutem positam
esse in vnico sacrificio Christi, pro no-
bis in cruce oblatis.

^a Rom. 6.

^{a. 3.}

Gal. 3. d. 27.

68

*Quot Sacramenta instituit Christus
in nouo fœdere?*

Duo: Baptismum & sacram Cœ-
nam.

DE BAPTISMO.

69 *Qua ratione in Baptismo admoneris &
confirmaris, te unici illius sacrificij
Christi participem esse?*

Quòd Christus externū aque lauacrū
mādaui, addita hac promissione, me
nō minùs certò, ipsius sanguine & Spi-
ritu à sordibus animæ, hoc est, ab om-
nibus meis peccatis lauari: quàm a-
qua extrinsecus ablutus sum^b, qua
sordes corporis expurgari solent.

^b Mar. 1, a,

^{4.}

Luc. 3, a, 3.

70 *Quid est sanguine & Spiritu Christi
ablui?*

Est accipere à Deo remissionem
pec-

peccatorum gratis, propter sanguinem Christi, quem is pro nobis in suo sacrificio in cruce profudit^a: Deinde etiam per Spiritum sanctum renouari, & ipso sanctificante, membrum Christi fieri, quò magis ac magis peccatis moriamur, & sanctè inculpateque viuamus^b.

71 Vbi promisit Christus, se nos tam certò sanguine & Spiritu suo abluturum, quàm aqua Baptismi abluti sumus?

In institutione Baptisimi, cuius hæc sunt verba: Ite & docete omnes gentes, baptizantes eos: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti^c: Qui crediderit & baptizatus fuerit, seruabitur: qui non crediderit condemnabitur^d. Hæc promissio repetitur, cum scriptura Baptismum nominat Lauacrū regenerationis^e, & ablutionem peccatorum^f.

72 Est'ne ergo externus Baptismus aquæ, ipsa peccatorum ablutio?

C ij Non

a Heb. 12, f, 24.

1, Pet. 1, a, 2.

Apoc. 1, b, 5,

& 22, c, 14.

Zach. 13, a, 1

Ezech. 36, e,

25.

b Ioh. 1, e,

33, & 3, a, 5,

1, Cor. 6, b,

11, & 12, b,

13.

Rom. 6, a, 4

Col. 2, b, 12.

c Matt. 28,

d, 19.

d Mar. 16,

d, 16.

e Tit. 3, b, 5

f Act. 22, d,

16.

a Mat. 3. c. Nō est^a: Nā solus sanguis Iesu Chri-
 ii.
 i. Pet. 3. d. 21 sti purgat nos ab omni peccato^b.

Eph. 5. f. 26. 73 Cur ergo Spiritus sanctus Baptismum ap-
 b i. Ioh. 1. pellat lauacrum regenerationis, & ablutio-
 c. 7. nem peccatorum?
 i. Cor. 6. b.

ii. Deus non sine graui causa sic loqui-
 tur: videlicet, nō solū vt nos doceat,
 quemadmodum sordes corporis aqua
 purgantur, sic peccata nostra sangui-
 ne & Spiritu Christi expiari^c: Verū
 multo magis, vt nobis hoc diuino sym-
 bolo ac pignore certum faciat, nos nō
 minū verē à peccatis nostris interna
 lotione abluī, quā externa & visibili
 aqua abluti sumus^d.

d Mar. 16. 74 Sūntne etiam infantes baptizandi?
 d. 16.
 Gal. 3. d. 17
 e Gen. 17. a.

7. Omnino: Nam cū æquē ac adulti
 f Matt. 19. ad fœdus & Ecclesiā Dei pertineant^e,
 b. 14. cūq; eis per sanguinem Christi, re-
 g Luc. 1. b. missio peccatorum^f, & Spiritus san-
 15. e. 14. ctus fidei effector, non minū quā
 Psal. 22 b. 11 adultis promittatur^g: per Baptismum
 Ies. 46. a. 1. 5 Ecclesiæ Dei inferendi sunt, & ab infi-
 Act. 2. f. 39. delium liberis discernendi^h, itidem vt
 h Act. 10. g. 47.

in

in Veteri fœdere, per circumcisionem
 fiebat ^a, cui in Nouo fœdere substitu-
 tus est Baptismus ^b.

^a Gen, 17. c.

14.

^b Col. 2. b.

11. 12. 13.

DE COENA

DOMINI.

75 *Qua ratione in Cœna Domini admone-
 ris & confirmaris, te unici illius sacrificij
 Christi in cruce oblatis, atq; omnium eius
 bonorum participem esse?*

Quòd Christus me atque omnes fi-
 deles de hoc fracto pane edere, & de
 poculo distributo bibere iussit, addita
 hac promissione: Primùm, corpus
 suum non minùs certò pro me in cru-
 ce oblatum ac fractum, & sanguinem
 suum pro me fusum esse: quàm ocu-
 lis cerno, panem Domini mihi fran-
 gi, & poculum mihi cōmunicari. De-
 inde animam meam, non minùs cer-
 tò, ipsius corpore, quod pro nobis cru-
 cifixum, & sanguine, qui pro nobis fu-
 sus est, ad vitā æternam ab ipso pasci:

C iij quàm

quàm panem & vinum, symbola corporis dominici, è manu ministri accepta, ore corporis percipio.

76 Quid est crucifixum corpus Christi edere, & fufum eius sanguinem bibere?

a Ioh. 6, d,
35, e, 40, 47
48, 50, 51,
53, 54.

b Ioh. 6, f,
55, 56.

c Act. 3, d,
21.

Act. 1, b, 9.
1, Cor. 11, e,
26.

d Eph. 5, f,
29, g, 30, 31.
1, Cor. 6, c,
15, 17, 19.

1, Ioh. 3, d,
24, & 4, c, 13
Eph. 3, c, 17.

Ioh. 14, e, 23

e Ioh. 6, f,
56, 57, 58.

Ioh. 15, a, 1,
2, 3, 4, 5, 6.

Eph. 4, c, 15,
16.

Est non tantùm totam passionem & mortem Christi, certa animi fiducia amplecti, ac per id remissionem peccatorum, & vitam æternam adipisci^a: sed etiam per Spiritum sanctum, qui simul in Christo & in nobis habitat, ita sacrosancto eius corpori magis ac magis vniri^b, vt quamuis ipse in cœlo^c, nos verò in terra simus: nihilominus tamen, caro simus de carne eius, & os de ossibus eius^d, Vtq; omnia corporis membra ab vna anima, sic nos vno eodemque Spiritu viuificemur & gubernemur^e.

77 Quo loco promisit Christus, se credentibus tam certò corpus & sanguinem suum sic edendum & bibendum datum, quàm fractum hũc panem edunt, & poculum hoc bibunt?

In institutione Cœnæ, cuius hæc sunt
 verba ^a: Dominus noster Ie-
 sus Christus, ea nocte qua pro-
 ditus est, accepit panem: & gra-
 tiis actis, fregit, ac dixit: accipi-
 te, hoc est corpus meum, quod
 pro vobis frangitur: hoc facite
 in mei recordationem. Idem
 & poculum, postquam cœnas-
 sent, dicens: hoc poculum est
 novum fœdus per meum san-
 guinem ^b: Hoc facite, quoties-
 cunque biberitis, in mei recor-
 dationem ^c. Quotiescunque e-
 nim ederitis panem hunc, & po-
 culum hoc biberitis, mortẽ Do-
 mini annunciate, donec venerit.

^a 1. Cor. 11,

c, 23, & c.

Matt. 26, c,

26, & c.

Mar. 14, c,

22, & c.

Luc. 21, b,

17, & c.

^b Exod. 24

c, 8.

Heb. 9, c, 20

^c Exod. 13,

b, 9.

Hęc promissio à Paulo repetitur, cùm
 inquit: Poculum gratiarum a-
 ctionis, quo gratias agimus, nõ-
 ne cõmunio est sanguinis Chris-
 ti? Panis quem frangimus, non-
 ne cõmunio est corporis Christi?

C iij

quos

a 1. Cor. 10
d. 16. 17.

quoniam vnus panis, vnum cor-
pus multifumus^a.

78 Num ergo panis & vinum sunt ipsum cor-
pus & sanguis Christi?

b Matt. 26.
c. 29.

Marc. 14. c.
24.

1. Cor. 11. f.
26. 27. 28.

1. Cor. 10. d.
16. 17.

c Gen. 17. b,
10. c, 14. 19.

Exo. 12. d, 27
g. 43. 48. &
13. b, 9.

Act. 7. a, 8.
Exo. 24. b. 8.

& 29. b. 36.
Leuit. 16. b.

10 & 17. c.
11.

Ies. 6. c. 6. 7
Tit. 3. b. 5.

Act. 22. d. 16
1. Pet. 3. d. 21

1. Cor. 10. a.
1. 2. 3. 4.

Nequaquam: Verum, vt aqua Baptis-
mi in sanguinem Christi non conuer-
titur, nec est ipsa peccatorum ablutio,
sed symbolum tantum & pignus ea-
rum rerum quę nobis in Baptismo ob-
signantur: ita nec panis Cœnæ domi-
nicæ, est ipsum corpus Christi: ^b Quā-
quā pro ratione Sacramentorū, & vfi-
tata Spiritui sancto de his loquēdi for-
ma^c, panis, Christi corpus appellatur.

79 Cū ergo Christus panē appellat suū corpus,
calicem uerò suum sanguinē, seu fœdus per
suū sanguinem: Paulus itē, panē & vinū,
cōmunionē corporis & sanguinis Christi?

Christus non sine graui causa sic lo-
quitur: Videlicet, non solū vt nos
doceat, quemadmodum panis & vi-
num, corporis vitam sustentant: sic e-
tiam crucifixum suum corpus, & ef-
fusum

fusum suum sanguinem, verè esse animæ nostræ cibum, ac potum, quo ad vitam æternam nutriatur: ^a Verùm a Ioh. 6, f. multò magis, vt hoc visibili signo ac ¹⁵⁵⁰ pignore nobis certum faciat, nos non minùs verè, corporis & sanguinis sui, per operationem Spiritus sancti, participes esse, quàm sacra ista symbola, in eius memoriam, ore corporis percipimus: ^b Tum etià, quòd eius passio & obedientia, tam certò nostra sit, ^b 1. Cor. 10. d, 16. 17. quàm si ipsimet pro nostris peccatis pœnas dedissemus, & Deo satisfecissemus.

80 *Quid interest inter Coenam Domini, & Missam papisticam?*

Coena Domini nobis testatur, nos perfectam remissionem omnium nostrorum peccatorum habere, propter vnicum illud Christi sacrificium, quod ipsemet semel in cruce pereggit: ^c Tū etiam, nos per Spiritum sanctum inferi Christo ^d, qui iam secundum naturam suam humanam, tantum in cœlis est ad dexteram patris ^e, ibique vult

à no-

c Heb. 7. d.

27. & 9. c. 12.

g. 26. 28. &

10. b. 10. c.

12. 14.

Ioh. 19. e. 30.

Matt. 26. c,

28.

Luc. 22. b,

19, 20.

d 1. Cor. 6.

d. 17. & 10.

d, 16. & 12.

b 13.

e Heb. 1. a. 3.

& 8. a, 1.

a Ioh. 4, c, a nobis adorari^a.

21, 22, 23. et

20, d, 17.

Luc, 24, g,

52.

Act. 7. g. 55.

56.

Col. 3, 2, 1,

Phil. 3, d, 20

1. Thes, 1, d,

10.

b In Can:

Missæ, Item

de consecra

tio: distin.

2.

In Missa autem negatur, viuos & mortuos habere remissionem peccatorum propter vnicā Christi passionem, nisi etiamnum quotidie Christus pro ipsis à Sacrificulis offeratur: Tum etiam, Christum corporaliter sub speciebus Panis & Vini esse, ideoque in illis adorandum esse^b. Atque ita ipsum Missæ fundamentum, nihil aliud est, quam abnegatio vnici illius sacrificij & passionis Iesu Christi, & execranda idololatria.

81 *Quibus accedendum est ad mensam Domini?*

Tantum ijs, qui verè dolent, se suis peccatis Deum offendisse: confidunt autem sibi ea propter Christum remissa esse: & quas reliquas habent infirmitates, eas passione & morte illius obteatas esse: quique desiderant, magis ac magis in fide & integritate vitæ proficere. Hypocritæ autem, & qui non verè resipiscunt, damnationē sibi edunt & bibunt^c.

c 1. Cor. 10.

d, 21. &

11, f. 28.

&c

82 Sun-

- 82 Sūntne illi etiam ad hanc Cœnam admit-
tendi, qui confessione et uita, se infideles
& impios esse declarant?

Nequaquam. Nam eo pacto fœ-
dus Dei profanatur, & ira Dei in vni-
uersum cœtum concitatur^a. Quocir-
ca Ecclesia, ex præscripto Christi &
Apostolorū, hos, clauibus regni cælo-
rū vtens, à Cœna arcere debet, quoad
resipuerint & mores mutauerint.

a 1. Cor, II.

d. 20. g. 34.

Ies. I. c. II.

& 66. a. 3.

Ier. 7. d. 21.

&c:

Psa. 50. c. 16

- 83 Quid sunt Clauēs regni cœlorum?

Prædicatio Euangelij, & Ecclesia-
stica disciplina: quibus cœlum cre-
dentibus aperitur: infidelibus autem
clauditur.

84. Quo pacto aperitur & clauditur regnum
cœlorum prædicatione Euangelij?

Cūm ex mandato Christi, creden-
tibus vniuersis & singulis, publicè an-
nunciatur, omnia peccata ipsis diuini-
tus propter meritum Christi condona-
ri, quoties promissionē Euāgelij, vera
fide amplectūtur: Cōtrā verò omnibus
infidelib' et hypocritis denūciatur, tā-
tis-

2 Ioh. 20, e,
21. 22. 23.
Matt. 16. c.
19. tisper ipsis iram Dei & æternam condemnationem incumbere, dum in suis sceleribus perseverant: ^a secundum quod Euangelij testimonium, Deus tam in præfenti, quàm in futura vita iudicaturus est.

85 Quo pacto clauditur, & aperitur regnum cœlorum per disciplinam Ecclesiasticam?

Cum ex mandato Christi, ij qui nomine quidem sunt Christiani, verum à doctrina & vita Christiana sunt alieni, postquam aliquoties fraternè admoniti, ab erroribus aut flagitijs discedere nolunt: Ecclesiæ indicantur, aut ijs qui ab Ecclesia ad eam rem sunt constituti, ac si ne horum quidē admonitioni pareāt: ab ijsdem, interdictione sacramentorum, ex cœtu Ecclesiæ: & ab ipso Deo, ex regno Christi excluduntur: ac rursus, si emendationem profiteantur, & re ipsa declarent: tanquam Christi & Ecclesiæ membra recipiuntur. ^b

b Mat. 18. b
b. 15. 16. 17.
18,
1, Cor. 5.
2. Thel. 3. d.
14. 15.
2. Ioh. d.
10. 11.

Ter-

TERTIA PARS **DE GRATITVDINE.**

86 Cum ab omnibus peccatis & miserijs, sine ullo nostro merito, sola Dei misericordia, propter Christum liberati simus, quid est cur bona opera faciamus?

Quia postquam nos Christus suo sanguine redemit: renouat nos quoque suo Spiritu ad imaginem sui, vt tantis beneficijs affecti, in omni vita nos erga Deum gratos declaremus a, & ipse per nos celebretur b. Deinde vt nos quoque, ex fructibus, de sua quisque fide, certi simus c. Postremo, vt vitæ nostræ integritate alios Christo lucrifaciamus d.

87 Non possunt igitur illi seruari, qui ingrati, & in peccatis securè persistentes, à sua prauitate ad Deum non conuertuntur?

Nullò modo. Nā, vt scriptura testatur, nec impudici, nec idolatræ, nec adulteri, nec fures, nec auari, nec ebrio-

a Rom. 6. b
13. & 12. a
1.2.

1. Pet. 2. a 5.
9. 10.

1. Cor. 6. e.
20.

b Mat. 5. b,
16.

1. Pet. 2. c. 12
c 1. Pet. 1. b.

10.
Mat. 7. c. 17

Gal. 5. a. 6. d,
22.

d 1. Pet. 3. a
1.2.

Rom. 14. d.
19.

fi

a 1. Cor. 6,

b, 9, 10,

Eph. 5, b 5, 6

1. Ioh. 3, c.

14.

b Rom. 6, a

4, 5, 6,

Eph. 4, c, 22

23, 24,

Col. 3, a 5,

6, 8, 9, 10,

1. cor. 5, b, 7

c Rom. 8, c,

13.

Ioël. 2, c, 13

d Rō. 5, a, 1,

& 14, c, 17.

Ies. 57, c, 15

e Rom. 6, b.

10, 11,

Gal. 2, d, 20

f Rom. 14,

d, 23.

g 1, Sam. 11

c, 22,

Eph. 2, b, 10

h 1. Cor. 10

g, 31.

i Deut. 12, d

32,

Eze. 20, c,

18, 19.

Ies. 29, d 13.

Mat. 15, a 9

si, nec conuiciatores, nec raptores, hē:
reditatem regni Dei consequentur a.

88. *Quot partibus constat conuersio homi-
nis ad Deum?*

Mortificatione veteris b, & viuifica-
tione noui hominis.

89 *Quid est mortificatio ueteris hominis?*

Verè & ex animo dolere quòd pec-
catis tuis Deum offenderis, eaque ma-
gis ac magis odisse & fugere c.

90 *Quid est uiuificatio noui hominis?*

Vera lætitia in Deo d, & serium ac
pròtum studium instituendi vitam ex
voluntate Dei, omniàque bona opera
exercendi e.

91 *Quæ sunt bona opera?*

Tantum ea quæ ex vera fide f, se-
cundū legem Dei fiunt, g & ad eius so-
lius gloriam referuntur h: Non ea autē
quæ a nobis opinione recti conficta,
aut ab hominibus tradicta sunt i.

92 *Quæ est Lex Dei?*

Locutus

Loquutus est Deus omnia verba hæc.

Primum Præceptum.

Ego sum Dominus, Deus tuus, qui eduxi te ex Aegypto, domo Seruitutis, Non habebis deos alios in conspectu meo.

Secundum.

Ne sculpas tibi simulacrum, nec ullam imaginem effingas eorū, quæ aut suprà sunt in cœlo, aut infrà in terra, aut in aquis sub terra; neque incurves te illis, neque colas ea. Ego enim sum Dominus, Deus tuus, fortis, Zelotes, vindicans peccata parentum in filiis, idque in tertia & quarta progenie eorū qui oderunt me; & misericordia vtens in millesimam eorum, qui diligunt me, & obseruant præcepta mea.

Tm

Tertium.

Ne vsurpes nomen Domini,
Dei tui temerè. Neq; enim Do-
minus dimittet eum impunitū,
qui nomen suum vanè vsurpa-
uerit.

Quartum.

Memēto vt diē Sabbathi san-
ctifices. Sex diebus operaberis,
& facies omne opus tuum: At
septimo die Sabbathum erit Do-
mino Deo tuo. Nō facies vllum
opus nec tu, nec filius tuus, nec
filia tua, nec seruus tuus, nec an-
cilla tua, nec iumentum tuum,
nec aduena qui est intra portas
tuas. Nam sex diebus fecit Deus
cœlum, terram, mare & quæcūq;
que in iis sunt, & requieuit diē
septimo, ideoque benedixit diēi
Sabbathi, & sanctificauit eum.

Quintum.

Honora patrem tuum & ma-
trem

crem tuam, vt diu viuas in terra,
quam tibi Dominus Deus tuus
daturus est.

Sextum.

Non occides.

Septimum.

Non comittes adulterium.

Octauum.

Non furaberis.

Nonum.

**Non dices cōtra proximum tuū
falsum testimonium.**

Decimum.

**Non concupisces domum pro-
ximi tui, nec concupisces vxorē
rem proximi tui, nec seruū eius,
nec ancillam, nec bouem, nec a-
sinum, nec quicquam eorū quæ
sunt proximi tui.**

^a Exod. 34

d, 28.

93 Quomodo diuiduntur hæc præcepta?

Deut. 4, b, 13

In duas tabulas ^a, quarū prior quæ-

& 10, a, 3, 4

D

tuor

^a Mat. 22. d. 37. 38. 39. tuor præceptis tradit, quo pacto nos erga Deū geram^r: Posterior, sex præce-

^b 1. Cor. 6. ptis, quæ officia proximo debeamus^a.

^b 9. 10, & 10. b. 7. c. 14. 94 Quid postulat Deus in primo præcepto?

^c Leuit. 19, f, 31. Vt quāmihi chara est salus animæ meæ, tam studiosè vitē & fugiam om-

^d Deut. 18. c. 11. nem idololatriam^b, magiam, incanta-

^d Mat. 4. b, 10. tionem, superstitionem^c, inuocationem sanctorum, aut cæterarum crea-

^e Apoc. 19, b. 10. & 22. b. turarum^d: vnicum autem & verum Deum rectè agnosca^e, ipsi soli fidā^f,

^e Ioh. 17, a. 3. summa humilitate^g & patientia me illi subiiciā^h, ab eo solo omnia bona

^f Ier. 17. a. 5. expectemⁱ, denique intimo cordis af-

^g 1. Pet. 5. b. 5, 6. fectu ipsum amem^k, reuerear^l, vene-

^h Heb. 10. g. 36. rer^m, adeò vt omnibus potius crea-

ⁱ Col. 1. b. 11. turis renunciem, quam vt vel minimū contra eius voluntatem committāⁿ.

^j Rom. 5. a. 3. 95 Quid est Idololatria?

^k 1. Cor. 10, b. 10. Est loco vnius Dei, aut præter vnam illum & verum Deum, qui se in suo ver-

^l Phi. 2. b, 14. bo patefecit, aliud quippiam fingere

^m i Psal. 104. d. 27. 28. 29. 30. Ies. 45. a. 7. Iac. 1. c. 17. k Deu. 6. a. 5. Mat. 22. d.

37. l Deu. 6. a. 2. Psa. 111. b. 10. Pro. 1. a. 7. 9. c. 10. Mat. 10. c. 28

m Mat. 4. b, 10. Deu. 10. d. 20. n Mat. 5. e, 29, 30. & 10. d. 37.

Acto. 5. c. 29. autha-

aut habere, in quo spem reponas. ^a

96 Quid postulat secundum præceptum?

Ne Deum vlla imagine aut figura exprimamus ^b, neue vlla alia ratione cum colamus, quàm qua se in suo verbo coli præcepit ^c.

97 An nullæ ergo prorsus fingendæ sunt imagines aut simulacra?

Deus nec vlla ratione effingi debet, nec potest: Creaturas autem, etsi exprimere quidem licet: vetat tamen Deus earum imagines fingi, aut haberi, quò vel ipsas, vel Deum per ipsas colamus, aut honoremus. ^d

98 An autem in templis imagines tolerari non possunt, quæ pro libris sint imperitæ multitudini?

Minimè: neque enim decet nos sapientiores esse Deo, qui suam Ecclesiam non mutis simulacris ^e: sed viua prædicatione verbi sui vult erudiri ^f.

99 Quid sancit Deus tertio præcepto?

1. Jer. 10. a. 8. Hab. 2. d. 18, 19. f. 2. Tim. 3. d. 16, 17, 2. Pet. 1. d. 19.

D ij

vt non

a Eph. 5. b. 5.

1. Par. 16. c.

26.

Phil. 3. d. 19

Gal. 4. b. 8.

Eph. 2. c. 12

1. Ioh. 2. d.

23.

2. Ioh. b. 9.

Ioh. 5. d. 23.

b Deut. 4.

c. 15. & c.

Ies. 40. d. 18

Rom. 1. c. 23

Act. 17. f. 29

c. 1. Sam. 15.

e. 23.

Deut. 12. d.

30.

Mat. 15. a. 9

d Exod. 23. f

24. & 34. b.

13.

Num. 33. g.

52.

Deut. 7. a. 5.

& 12. a. 3. &

16. d. 22.

2. Reg. 18. a

4.

Pet. 1. d. 19.

Ut non solum execrando, aut pe-
 ierando^a, verum etiam temere iura-
 do^b, nomen Dei contumeliosè, aut ir-
 reuerenter ne usurpemus: neve tacen-
 do aut conuiuendo, horrèdis istis sce-
 leribus communicemus: Sed sacrosan-
 cto Dei nomine summa cum religio-
 ne & veneratione vtamur^c, vt vera &
 cōstanti confessione^d, inuocatione^e,
 omnibus deniq; verbis & actionibus
 nostris ipse^f celebretur.

^a Leuit. 24
^b 11, & c.
^c Leuit. 19, c.
^d 12.
^e Mat. 5, f.
^f 37.
^g Iac. 5, c.
^h 12.
ⁱ Ies. 45, d.
^j 23.
^k Mat. 10,
^l d. 32.
^m 1, Tim. 2
ⁿ c. 8.
^o Rom. 2,
^p 100
^q d. 24.
^r 1, Tim. 6, a, 1
^s Col. 3, c, 16.

Est ne igitur adeo graue peccatum, iuran-
 do, aut dira imprecando, nomen Dei teme-
 rare, ut Deus etiam ijs succenseat, qui
 quantum in se est, illud non prohibent,
 aut impediunt?

Certè grauissimum^g: Neq; enim vl-
 lum est peccatū maius, aut quod Deū
 grauius offendat, quā sacri ipsius no-
 minis contumelia. Quocirca etiam id
 scelus morte multari voluit^h.

101 Potestne quis etiā piè per nomē Dei iurare?

Potest, cū vel Magistratus id exigit,
 vel alioqui necessitas hoc pacto fidē

fir-

firmari, & veritatem stabiliri postulat:
quò & gloria Dei illustretur, & aliorū
saluti consulatur. Nā eius generis ius-
iurādum, verbo Dei sancitur ^a, ideóq;
etiam à sanctis in veteri & nouo fœ-
dere, rectè est vsurpatum ^b.

102 *Est ne licitum iurare per Sanctos, aut
alias creaturas?*

Non: Nam legitimum iuramētum,
est inuocatio Dei qua petitur, vt is tā-
quam vnicus cordium inspector, testi-
monium det veritati, & iurantem pu-
niat, si sciens fallat ^c. Porro hic honos
nulli creaturæ conuenit ^d.

103 *Quid præcipit Deus in quarto præcepto?*

Primum, vt Ministerium Euangelij
& Scholæ conferuentur ^e: vtq; ego cū
alijs, tū præcipuè festis diebus, studiosè
coetus diuinos frequentem ^f, verbum
Dei diligenter audiam ^g, vtar sacra-
mētis ^h, precibus publicis meas quoq;
preces adiungam ⁱ, pro facultatibus

^f Psal. 68, c, 27, & 40, b, 10, 11. Act. 3, g, 42, 46.

19, f, 29, 31. ^h 1, Cor. 11, g, 33.

14, c, 16.

D iij ali-

^a Deut. 6, b

13, & 10, d,
20.

Ies. 48, a, 1.

Heb. 6, d, 16

^b Gen. 21, c,

24, & 31, b

53.

Iosu. 9, c, 15,

19.

1, Sam. 24,

d, 23.

2, Sam, 3, g.

35.

1, Reg. 1, d,

29.

Rom. 1, a, 9.

2, cor. 1, d, 23

^c 2, Cor. 1,

d, 23.

^d Mat. 5, f,

34, 35, 36.

Iac. 5, c, 12,

^e Tit. 1, b, 5

1, Tim. 3.

1, Cor. 9, b,

11, 13, 14. ||

2, Tim. 2, a,

2. & 3, d, 15.

1, Tim. 4, d,

13, & 5, c, 17.

^g 1, Cor. 14, d,

1, Tim. 2, a, 1, 2, 3, 8, 9. 1, Cor.

a 1. Cor. 16. aliquid cōferam in pauperes ^a. Dein-
 a, 2. de, vt in omni vita à prauis actionibus
 b Iesa. 66, vacem, Domino cōcedēs, vt per Spiri-
 g, 23. tum sanctum in me suum opus faciat,
 c Eph. 6, a, atque ita sempiternum illud sabbathū
 1, 2, 5, & c. Col. 3. c. 18, in hac vita exordiar ^b.
 d, 20. 22, 23,
 24.

¹⁰⁴ Quid nobis iniūgit De⁹ in quinto praecepto?

Eph. 5, e, 22. Vt parentibus, atq; adeò omnibus
 Pro. 1, a, 8, & 4, a, 1, & 15, qui nobis præsunt, debitum honorem,
 c, 20, & 20, amorem & fidem præstemus, nōsque
 c, 20. ipiorū fidelibus praeceptis & castiga-
 Exo. 21. c, 17 tioni, ea, qua par est, obediētia submit-
 Rom 13. tamus ^c: Tum etiam vt eorum vitia &
 d Prou. 23, c, 22. mores, nostra patientia toleremus ^d,
 Gen. 9, d, 25 illud semper cogitantes, Deum nos il-
 1, Pet. 2, c. 18 lorum manu velle ducere, ac regere ^e.
 e Eph. 6, a,
 4, 9.

¹⁰⁵ Quid flagitat Deus in sexto praecepto?

Col. 3, c, 19, d, 21. Vt proximo neq; cogitatione, neq;
 Rom. 13. verbis, neque gestibus, nedū factis, vel
 Matt. 22, b, per me, vel per alium incommode aut
 21. noceā, néve eū oderim, neu occidā ^f:
 f Matt. 5, c, 21, 22. Sed omnem vindictæ cupiditatē abij-
 Gen. 9, b, 6. ciam ^g. Adhæc ne me ipsum lædā, aut
 Mat. 26, e, 52

g Eph. 4, f, 26. Rom. 12, d, 19. Mat. 5, d, 25, & 18, d, 35.

sciens

sciens in aliquod periculū cōijciam^a.
 Quocirca etiam ne cædes fierent, Ma-
 gistratum gladio armavit^b.

106 Atqui hoc præceptum solam cædem pro-
 hibere uidetur?

At cæde prohibēdo, docet Deus, se
 radicē & originē cædis, iram scilicet^c,
 inuidiā^d, odium^e, vindictæ cupiditatē^f
 odisse, atq; ea omnia p cæde ducere^f.

107 An uerò id satis est, nos neminem eo, quo
 dictum est, modo, occidere?

Nō est satis: dum enim Deus iram,
 inuidiā, odium dānat: postulat ut pro-
 ximū æquē ac nos ipsos diligamus^g:
 & ut humanitate^h, lenitate, masuetu-
 dine, patiētiaⁱ, & misericordia^k erga
 cum utamur, quōdq; ei dāno esse pos-
 sit, quātū in nobis est, auertamus^l: Ad
 summā, ita animo affecti simus, ut ne
 inimicisqdē benefacere dubitem^m.

108 Quæ est sententia septimi præcepti?

Deum omnē turpitudinē execrariⁿ:
 ideoque nos eā penitus odisse & dete-

1 Exo. 23, 25. m Mat. 5, 44, 45. Rom. 12, d, 20, 21. n Leu. 18, d, 17, 28.

2 Rom. 13,

d, 14.

Col. 2, d, 23.

Sirach. 3, d,

27.

Mat. 4, a, 7.

b Gen. 9, b,

6.

Exo. 21, c, 14

Matt. 26, c,

52,

Rom. 13, b, 4

c Iac. 1, c, 20

Gal. 5, d, 20.

d Rom. 1,

d, 29,

e 1, Ioh. 2,

b, 9, 11.

f 1, Ioh. 3,

c, 15.

g Matt. 22,

d, 39, & 7, b,

12.

h Rom. 12,

c, 10.

i Eph. 4, a, 2

Gal. 6, a, 1, 2.

Matt. 5, a, 9.

Rom. 12, d,

18.

k Mat. 5, a, 7

Luc. 6, c, 36.

n Leu.

D iiij

stari

a Iude d, 23

b 1. The 4.

a. 3. 4. 5.

c Heb. 13. 24

1. Cor. 7.

d Eph. 5. 2. 3

4.

1. Cor. 6. c,

18, 19. 20.

e Mat. 5, d.

26,

f Eph. 5. d,

18.

1. Cor. 15. d

33.

g 1. Cor. 6,

b. 10.

h 1. Cor. 5.

b. 10.

i Luc. 3. c,

14.

1. Thef. 4. b,

6.

k Pro. 11. 21

& 16. b. 11,

l Eze. 45. d

9. & c,

m Deu. 25,

c. 13. & c.

Pfal. 15 b . 5

Luc. 6, c. 35.

n 1. Cor. 6,

b. 10.

stari debere^a: contraq; tēperāter, mo-destē & castē^b, vel in sacro coniugio,vel in vita cœlibe viuere oportere^c.

Nihilne amplius prohibet Deus hoc

præcepto, quā adulterium, & id

genus turpitudines.

Cū corpus & animus noster, tēpla

sint Spiritus sancti: vult Deus vt utrū-

que purē sanctēq; possideamus. Ideo-

que facta, gestus, sermones^d, cogita-tiones, cupiditates^e fœdas, & quicquid

hominem ad ista allicit, id vniuersum

prohibet^f.

Quid uetat Deus in octauo præcepto?

Non solum ea furta^g & rapinas^h,

quas Magistratus punit: sed furti no-

mine cōprehendit, quidquid est mala-

rum artium & aucupiorū, quibus alie-

na captamus, & ad nos vi, aut specie

recti transferreⁱ studemus: qualiasunt, iniquum pondus^k, iniusta vlna,inæqualis mensura^l, fucosa merx, fal-lax moneta, vsura^m, aut alia quæuis

ratio aut modus à Deo interdictus.

His adde omnem auaritiāⁿ, & mul-

tiplicem

triplicem diuinorum donorum profu-
sionem & abusum^a. a Pro. 5, 26
16.

111 *Quæ sunt ea quæ Deus hic iubet?*

Vt commoda & vtilitates proximi,
quantum possim adiuuē & augeam;
cum eo sic agā, vt mecū agi cuperē^b: b Mat. 7, b.
12.
sedulò & fideliter opus faciam, vt alio
rum quoque egestati & calamitati sub
uenire queam^c. c Ephe. 4, f.
28.
d Pro. 19, b,
5, 9. & 21. d.
28.

112 *Quid exigit nonum præceptum?*

Ne aduersus quempiam dicam fal-
sum testimoniū^d, nullius verba calū-
nier^e, nulli obtretem, aut conuiciū
faciam^f, neminē temerē, vel indicta
causa cōdemnem^g: Verūm omnis ge-
neris mēdacia, fraudes, vt opera pro-
pria Diaboli^h, nisi in me grauissimā
iram Dei concitare velim, omni cura
fugiāⁱ: In iudicijs cæterisq; negotijs,
veritatē secter, & id quod res est, liberē
& constanter profitear^k: Ad hæc famā
aliorum & existimationem, quantum
queam, defendam & augeam^l. e Psal. 15, 2,
3.
f Rom. 1. d,
29. 30.
g Mat. 7. a, 1
& c
Luc. 6. e 37.
h Ioh. 8. f,
44.
i Pro. 12. d,
22. & 13. a, 5
k 1 Cor. 13,
c. 6.
Eph. 4, f, 25
l 1, Pet. 4,
b. 8.

113 *Quid prohibet decimum præceptum?*

Ne vel minima cupiditate, aut co-
gita-

gitatione, aduersus vllum Dei præceptum, corda nostra vnquam sollicitentur: sed perpetuò, & ex animo omne peccatum detestemur, contráque omni iustitia delectemur^a.

^a Rom. 7. b

7.

114 Possúntne autem illi, qui ad Deum conuersi sunt, hæc præcepta perfectè seruare?

Minimè: verùm etiam sanctissimi quique, quãdiu viuunt, habêt tantum exigua initia huius obedientiæ^b: Sic tamen, vt serio ac nõ simulato studio, nõ secundũ aliqua tantum, sed secundũ omnia Dei præcepta, viuere incipiãt^c.

^b 1. Ioh. 1. d

8.

Rom. 7. c. 14

15. &

Eccle. 7. c,

21.

^c Rom. 7. d,

22.

Iac. 2. b. 10.

^d 1. Ioh. 1. d

9.

^e Psal. 32. b, 5

^e Rom. 7. d

4. 25.

115 Cur igitur uult Deus legem suam adeò exactè & seuerè prædicari, cum nemo sit in hac uita, qui eã seruare possit?

Primũ, vt in omni vita, magis magisque agnoscam^d, quãta sit nature nostræ ad peccandum propensio, tantoq; auidiùs remissionem peccatorum, & iustitiã in Christo expetamus^e: Deinde, vt hoc perpetuò agamus, illud semper meditemur, & gratiam Spiritus sancti à Patre imploremus, quò indies magis

magis ac magis ad imaginē Dei reno-
uemur, donec aliquando tandē, post-
quam ex hac vita decesserimus, pro-
positam nobis perfectionem læti asse-
quamur^a.

DE PRECA- TIONE.

116 *Quare Christianis necessaria est precatio?*
Quia præcipua pars est, eius quam
Deus à nobis postulat, gratitudinis^b:
Tum quia illis tantum suam grātam
& Spiritum sanctū Deus largitur, qui
veris gemitibus, cōtinenter hæc ab eo
petunt, & pro ijs ipsi gratias agunt^c.

117 *Quæ ad eam precationē requiruntur quæ
Deo placeat, quæq; ab ipso exaudiatur?*

Primum, ut à solo vero Deo, qui se in
verbo suo patefecit^d, oīa, quæ à se pe-
ti iussit, vero cordis affectu petam^e.
Deinde, ut ex intimo nostræ indigen-
tiæ ac miserię sensu^f, nos in cōspectu
diuinæ Maiestatis, supplices abijcia-
mus^g. Postremò, ut huic firmo funda-
mēto innitamur^h, nos à Deo, quāquā
indi-

24.

Phil. 3. c. 11.

12. 13. 14.

b Psal. 50. c.

14. 15.

c Mat. 7. b.

7.

Luc. 11, b 9.

13.

Matt. 13, b.

12.

Psa. 50, c, 15

d Iohā. 4, c.

22.

e Rom. 8. c.

26.

1. Iohā. 5. c.

14.

Iohan. 4. c.

23. 24.

Psal. 145. d

18.

f 2. Par. 20.

c. 12.

g Psal. 2. c.

11. & 34, c.

19.

Ies. 66, a. 2.

h Rom. 10.

c. 14. & 8. c.

15.

Iac. 1. a, 6.

indignos, propter Christum tamē cer-
 a Ioh. 14. b, tō exaudiri ^a, quemadmodum nobis
 13, 14. 15, & in suo verbo promisit ^b.
 15. c. 16. &
 16, c. 23.

118 *Quæ sunt ea quæ à se peti iubet?*

Dan. 9. c. 17.

18.

b Mat. 7. b. cessaria ^c, quæ Dominus noster Iesus
 8.

Christus ea precatione, quam nos ipse
 Psal. 143. a, 1 docuit, complexus est.

c Iac. 1. c,

17,

Mat. 6, d. 33.

d Matt. 6,

b. 9. & c.

Luc. 11. 2, 2.

& c.

119 *Quæ est illa precatio?*

Pater noster ^d, qui es in cœlis:

Sāctificetur nomen tuum: Ve-

niat regnum tuum: Fiat volūtas

tua, quemadmodum in cœlo, sic

etiam in terra: Panem nostrum

quotidianum da nobis hodie: Et

remitte nobis debita nostra, sicut

& nos remittimus debitoribus

nostris: Et ne inducas nos in tē-

tationem, sed libera nos à malo.

Quia tuum est regnum, & potē-

tia & gloria, in secula, Amen.

120 *Cur præcipit Christus, ut ita Deum com-*
pellemus, Pater noster?

Vt

Vt statim in ipso precatationis exordio, conuenientem Dei filijs reuerentiam, & fiduciam erga Deum in nobis excitet, quæ nostræ precatationis fundamentum esse debet: nimirum, Deum propter Christum nobis patrem factum esse, & quæ vera fide ab eo petimus, nobis multò minùs negare, q̃ parentes nostri, nobis bona terrena denegant ^a.

a Mat. 7. b.

9. 10. 11.

Luc 11. b. 11.

12. 13.

b Iere. 23. c.

23. 24.

Act. 17. f. 24.

25. 27.

c Rom. 10.

c. 12.

d Ioh. 17,

a. 3.

Mat. 16. c. 17

Iac 1. a. 5.

Psal. 119.

105.

c Psal. 119.

137.

Luc. 1. c. 46.

& c. 68. & c.

Psal. 145. b.

89. c. 17.

Exod. 34. a.

6. 7.

Psa. 143. a. 19.

2. 5. c. 10. 11.

12.

Ier. 32. c. 18,

19. & 33. b.

11, c, 20, 21.

Mat. 19. c. 17

Rom. 11. c.

22. d. 33.

122 Cur additur, Qui es in cœlis?

Ne de cœlesti maiestate Dei humile quippiã aut terrenũ cogitemus ^b: simul etiam, vt ab eius omnipotentia, quæcunque animo & corpori sunt necessaria expectemus ^c.

121 Quæ est prima petitio?

Sanctificetur nomen tuum, hoc est, Da principiò vt te rectè agnoscamus ^d, & lucentẽ in omnibus operibus tuis omnipotentia, sapiëntia, bonitatem, iustitiam, misericordiam, & veritatem tuam veneremur, prædicemus & celebremus ^e: Deinde, vt vniuersam vitam nostram, cogitationes, sermones

Psa. 143. a. 19.

2. 5. c. 10. 11.

12.

Ier. 32. c. 18,

19. & 33. b.

11, c, 20, 21.

Mat. 19. c. 17

Rom. 11. c.

22. d. 33.

mones & actiones, eò sepe dirigam^r,
ne sanctissimum nomē tuum, propter
nos contumelia afficiatur, sed honore

a Psal. 115, potius & laudibus illustretur^a,

a, 1, & 71, b. 8

b Mat. 6, d,

33.

Psal. 119, a, 5

& 143, c. 10

c Psal. 51, d

20, & 122,

b, 6.

d 1, Ioh. 3,

b, 8.

Rom. 16, c,

20.

e Apoc. 22,

d, 17, 20.

Rom. 8, d,

21, 23.

f 1, Cor. 15,

d, 28.

g Mat. 16,

d, 24.

Tit. 2, c. 12.

h Luc. 22.

e, 41.

i 1, Cor. 7,

d, 24.

k Psal. 103.

d, 20, 21.

123 Quæ est secunda petitio?

Veniat regnum tuum, hoc est,

regas nos ita verbo & Spiritu tuo, vt

nos tibi magis magisq; subijciamus^b:

Conserua & auge Ecclesiā tuam^c, de-

strue opera diaboli, omnēq; potētīā se-

aduersus maiestātē tuam efferentē, ir-

rita fac omnia cōsilia, quæ cōtra verbū

tuū capiūt^d, quoad plenē tādē ac p-

fectē regnes^e, cū eris omnia in oībus^f.

124 Quæ est tertia petitio?

Fiat voluntas tua, quēadmodū

in cœlo, sic etiā in terra, hoc est, Da

vt nos & omnes homines, volūtati pro-

priæ renunciantes^g, tuę volūtati, quæ

sola est sancta, promptē & sine vllō mur-

mure pareamus^h: atq; ita singuli mā-

datum nobis murus fideliter & alacri-

ter exequamurⁱ, quemadmodum fa-

ciunt angeli in cœlo^k.

125 Quæ est quarta petitio?

Panem nostrum quotidianū da

nobis hodie, hoc est, suppedita nobis omnia, quę sunt ad hanc vitā neces-

saria ^a, vt per ea agnoscamus, te vni-

cum fontem esse, ex quo omnia bona

emanant ^b, ac nisi tu benedicas, omnē

nostram curam & industriam, atque a-

deo tua ipsius dona, nobis infelicia &

noxia esse ^c. Quapropter da vt fiduciā

nostram, ab omnibus creaturis auer-

sam, in te solo collocemus ^d.

126 *Quę est quinta petitio?*

Remitte nobis debita nostra, si-

cuc & nos remittimus debitori-

bus nostris, hoc est, nobis miserrimis

peccatoribus, omnia peccata nostra,

atque eā etiā prauitatem, quę in no-

bis etiamnum hæret, propter Christi

sanguinem ne imputes^e: quemadmo-

dum nos quoque hoc tuę gratię testi-

monium in cordibus nostris sentimus,

quòd firmiter nobis propositum ha-

bemus, omnibus qui nos offenderunt,

ex animo ignoscere ^f.

127 *Quę est sexta petitio?*

Ne nos inducas in tentatio-

nē, sed libera nos à malo, hoc est,

a Psal. 145,

c, 15, & 104,

d. 27. & c.

Mat. 6, c, 25

& c.

b Act. 17, f,

27, & 14, c,

17.

c 1, Cor. 15,

g, 58.

Deut. 8, a, 3.

Psal. 37. c, 16

17.

d Psal. 62,

c, 11. & 55. d,

23.

e Psal. 51, a:

1, & c. & 143

a, 1.

1, Ioh. 2, a,

1, 2.

f Mat. 6, b,

14. 15

Quoniam ipsi natura adeò debiles
 a Ioh. 15, a, 5 & infirmi sumus, vt ne momento qui-
 Psal. 103. c, de subsistere possimus ^a : infensissimi
 14.
 b 1, Pet. 5, c, autem hostes nostri, Satan, ^b mūdus ^c,
 8.
 ac nostra ipsorū caro ^d, nos cōtinen-
 Eph. 6, b. 12 ter oppugnant: tu nos sustentens, & spi-
 c Ioh. 15, c ritus tui robore firmes, ne in hoc spiri-
 19,
 d Rom. 7. d tuali certamine succumbamus ^e, sed
 23.
 tātis per illis fortiter resistamus, donec
 Gal. 5, c. 17. integrā tandē victoriā obtineamus. ^f
 e Mat. 26: d
 41: 128 *Quomodo concludis precationem tuam?*

Quia tuum est regnum & po-
 Marc. 13, d, 33.
 tētia et gloria, in secula. hoc est, om-
 f 1. The. 3. d nia hac à te petimus, quia cū & rex
 13. & 5, d, 23
 g Rom. 10, noster, & omnipotens sis: omnia nobis
 c, 11, 12. & vis & potes largiri ^g. Atq; hęc quidē
 2, Pe. 2, b, 9. ideò petimus, vt ex ijs, non ad nos, sed
 h Ioh. 14, b. ad sanctum nomen tuum omnis glo-
 13.
 ria redeat ^h.
 Psal. 115. a, 1
 Ier. 33. a. 8, 9

129 *Quid sibi vult particula, Amen?*
 i 2, Cor. 1. Rem certā ac ratam esse. Nam pre-
 d, 20.
 2. Tim. 2. b catio mea, multò certius à Deo est
 13.
 exaudita, quā ego in corde meo sen-
 tio, me illud ex animo cupere ⁱ.

FINIS.

Soli Deo laus & gloria.